

Latijn

**Examen VWO**

Vorbereidend  
Wetenschappelijk  
Onderwijs

20 | **00**

Tijdvak 2  
Woensdag 21 juni  
9.00–12.00 uur

Tekstboekje

## Tekst 1 Het twijfelachtige nut van divinatio

In zijn aanval op de divinatio bespreekt Marcus Cicero in de onderstaande tekst het verband tussen fatum en divinatio.

- 1 — 1 Quodsi fatum fuit bello Punico secundo exercitum populi Romani ad lacum  
2 — 2 Trasmennum interire, num id vitari potuit, si Flaminius consul iis signis iisque auspiciis,  
3 — 3 quibus pugnare prohibebatur, paruisset? [Certe potuit.] Aut igitur non fato interiit exerci-  
4 — 4 tus, aut, si fato -quod certe vobis ita dicendum est-, etiamsi obtemperasset auspiciis, idem  
5 — 5 eventurum fuisset; mutari enim fata non possunt. Ubi est igitur ista divinatio Stoicorum?  
6 — 6 Quae, si fato omnia fiunt, nihil nos admonere potest, ut cautiores simus; quoquo enim  
7 — 7 modo nos gesserimus, fiet tamen illud, quod futurum est; sin autem id potest flecti, nullum  
8 — 8 est fatum; ita ne divinatio quidem, quoniam ea rerum futurarum est. Nihil autem est pro  
9 — 9 certo futurum, quod potest aliqua procuratione accidere ne fiat.
- 2 — 10 Atque ego ne utilem quidem arbitror esse nobis futurarum rerum scientiam. Quae  
11 — 11 enim vita fuisset Priamo, si ab adulescentia scisset, quos eventus senectutis esset hab-  
12 — 12 iturus? Abeamus a fabulis, propiora videamus. Clarissimorum hominum nostrae civitatis  
13 — 13 gravissimos exitus in Consolatione collegimus. Quid igitur? Ut omittamus superiores,  
14 — 14 Marcone Crasso putas utile fuisse tum, cum maximis opibus fortunisque florebat, scire sibi  
15 — 15 interfecto Publio filio exercituque deleto trans Euphratem cum ignominia et dedecore  
16 — 16 esse pereundum? An Cn. Pompeium censes tribus suis consulatibus, tribus triumphis,  
17 — 17 maximarum rerum gloria laetaturum fuisse, si sciret se in solitudine Aegyptiorum  
18 — 18 trucidatum iri amisso exercitu, post mortem vero ea consecutura, quae sine lacrimis non  
19 — 19 possumus dicere?
- 3 — 20 Quid vero Caesarem putamus, si divinasset fore ut in eo senatu quem maiore ex  
21 — 21 parte ipse cooptasset in curia Pompeia ante ipsius Pompeii simulacrum tot centurionibus  
22 — 22 suis inspectantibus a nobilissimis civibus, partim etiam a se omnibus rebus ornatis,  
23 — 23 trucidatus ita iaceret ut ad eius corpus non modo amicorum, sed ne servorum quidem  
24 — 24 quisquam accederet, quo cruciatu animi vitam acturum fuisse? Certe igitur ignoratio  
25 — 25 futurorum malorum utilior est quam scientia.

*Cicero, De Divinatione II, 20–23*

## Tekst 2 Het teleologisch godsbewijs

- 1 — 1 Licet enim iam remota subtilitate disputandi oculis quodam modo contemplari  
2 — 2 pulchritudinem rerum earum quas divina providentia dicimus constitutas. Ac principio  
3 — 3 terra universa cernatur, locata in media sede mundi, solida et globosa et undique ipsa in  
4 — 4 sese nutibus suis conglobata, vestita floribus herbis arboribus frugibus, quorum omnium  
5 — 5 incredibilis multitudo insatiabili varietate distinguitur.
- 2 — 6 Adde huc fontium gelidas perennitates, liquores perlucidos amnium, riparum  
7 — 7 vestitus viridissimos, speluncarum concavas altitudines, saxorum asperitates,  
8 — 8 impendentium montium altitudines immensitatesque camporum; adde etiam reconditas  
9 — 9 auri argentique venas infinitamque vim marmoris. Quae vero et quam varia genera  
10 — 10 bestiarum vel cicurum vel ferarum, qui volucrum lapsus atque cantus, qui pecudum  
11 — 11 pastus, quae vita silvestrium.
- 3 — 12 Quid iam de hominum genere dicam, qui quasi cultores terrae constituti non  
13 — 13 patiuntur eam nec immanitate beluarum efferari nec stirpium asperitate vastari, quorumque  
14 — 14 operibus agri insulae litora collucent distincta tectis et urbibus. Quae si ut animis sic  
15 — 15 oculis videre possemus, nemo cunctam intuens terram de divina ratione dubitaret.
- 4 — 16 At vero quanta maris est pulchritudo, quae species universi, quae multitudo et  
17 — 17 varietas insularum, quae amoenitates orarum ac litorum, quot genera quamque disparia  
18 — 18 partim submersarum partim fluitantium et innantium beluarum partim ad saxa nativis  
19 — 19 testis inhaerentium. Ipsum autem mare sic terram appetens litoribus eludit, ut una ex  
20 — 20 duabus naturis conflata videatur.

*Cicero, De Natura Deorum II, 98–100*

## Tekst 3 De deugden

1 — 1 Imprimisque hominis est propria veri inquisitio atque investigatio. Itaque cum  
2 — 2 sumus necessariis negotiis curisque vacui, tum avemus aliquid videre, audire, addiscere  
3 — 3 cognitionemque rerum aut occultarum aut admirabilium ad beate vivendum necessariam  
4 — 4 ducimus. Ex quo intellegitur, quod verum simplex sincerumque sit, id esse naturae  
5 — 5 hominis aptissimum. Huic veri videndi cupiditati adiuncta est appetitio quaedam  
6 — 6 principatus, ut nemini parere animus bene informatus a natura velit nisi praecipienti aut  
7 — 7 docenti aut utilitatis causa iuste et legitime imperanti; ex quo magnitudo animi existit  
8 — 8 humanarumque rerum contemptio.

2 — 9 Nec vero illa parva vis naturae est rationisque, quod unum hoc animal sentit, quid  
10 — 10 sit ordo, quid sit quod deceat, in factis dictisque qui modus. Itaque eorum ipsorum, quae  
11 — 11 aspectu sentiuntur, nullum aliud animal pulchritudinem venustatem convenientiam  
12 — 12 partium sentit; quam similitudinem natura ratioque ab oculis ad animum transferens  
13 — 13 multo etiam magis pulchritudinem constantiam ordinem in consiliis factisque  
14 — 14 conservandam putat cavetque ne quid indecore effeminateve faciat, tum in omnibus et  
15 — 15 opinionibus et factis ne quid libidinese aut faciat aut cogitet. Quibus ex rebus conflatur et  
16 — 16 efficitur id quod quaerimus, honestum, quod etiamsi nobilitatum non sit, tamen honestum  
17 — 17 sit, quodque vere dicimus, etiamsi a nullo laudetur, natura esse laudabile.

*Cicero, De Officiis I, 13–14*

## Tekst 4

1 — 1 Is het dan vreemd als ik er vermeld van sta dat er mensen zijn die geloven dat een  
2 — 2 soort vaste en niet-splitsbare deeltjes zich door de zwaartekracht voortbewegen, en dat de  
3 — 3 wereld met al haar pracht en al haar luister slechts het resultaat is van toevallige botsingen  
4 — 4 van die deeltjes?! Ik begrijp niet hoe iemand dit voor mogelijk kan houden zonder die  
5 — 5 redenering door te trekken: als je een ontelbaar aantal exemplaren van de eenentwintig  
6 — 6 letters, van goud of van wat dan ook, bij elkaar zou gooien en vervolgens op de grond zou  
7 — 7 uitstorten, dan kunnen daar dus de Annalen van Ennius uit resulteren, in leesbare vorm!  
8 — 8 Nee, ik denk dat het toeval nog niet voor één enkel vers tot zoveel in staat is.

*Cicero, De natura Deorum II, 93*

## Tekst 5

De Latijnse filosoof Lucretius schrijft in zijn *De Rerum Natura*:

1 — 1 Want uit dezelfde oerelementen zijn de hemel, de zee en de aarde, de zon, de  
2 — 2 rivieren, vruchten en bossen en levende wezens geschapen. Maar deze zijn in het ene ding  
3 — 3 zús, in het andere zó verbonden. Ja, zelfs in onze eigen verzen zie je overal letters die een  
4 — 4 groot aantal woorden gemeen hebben. Toch zul je zeker moeten bekennen dat verzen en  
5 — 5 woorden in klinkende klank en inhoud verschillen. Tot zoveel zijn de letters in staat alleen  
6 — 6 door verschil van plaatsing. De oerelementen der dingen wenden nog veel meer middelen  
7 — 7 aan om verschillende dingen te scheppen.

*Lucretius, De Rerum Natura I, 820 en volgende*  
*Vertaling naar A.W. Timmerman*

## Tekst 6

In De Natura Deorum I, 10 schrijft Cicero:

1 Vaak vormt het gezag van leraren zelfs een belemmering voor mensen die iets van  
2 hen willen leren. Die gaan dan namelijk niet meer af op hun eigen oordeel, maar nemen  
3 dat voor waar aan wat duidelijk de goedkeuring wegdraagt van degene in wie ze hun  
4 vertrouwen stellen. Ik kan daarom ook niet goedkeuren wat altijd verteld wordt over de  
5 volgelingen van Pythagoras. Als zij in een discussie iets beweerden en daarop de vraag  
6 kregen waarom dat dan zo was, antwoordden zij (zo wil de traditie) 'hij heeft het zelf  
7 gezegd', waarbij 'hij' dan Pythagoras was. Zóveel gewicht had zijn *a priori* vaststaand  
8 oordeel, dat zijn gezag ook zonder argumenten gold.

Cicero, *De natura Deorum I, 10*  
Vertaling Vincent Hunink

## Tekst 7

Moed is één van de vier kardinale deugden volgens Cicero. Voorbeelden uit de geschiedenis laten zien dat moedige mensen in gevaarlijke situaties veel kunnen bereiken. In onderstaande tekst maakt hij duidelijk dat wel aan bepaalde criteria voldaan moet worden om van werkelijke moed te kunnen spreken:

1 Sed ea animi elatio, quae cernitur in periculis et laboribus, si iustitia vacat  
2 pugnatque non pro salute communi, sed pro suis commodis, in vitio est. Non modo enim  
3 id virtutis non est, sed est potius immanitatis omnem humanitatem repellentis. Itaque  
4 probe definitur a Stoicis fortitudo, cum eam virtutem esse dicunt propugnantem pro  
5 aequitate. Quocirca nemo, qui fortitudinis gloriam consecutus est insidiis et malitia,  
6 laudem est adeptus. Nihil enim honestum esse potest, quod iustitia vacat.

7 Praeclarum igitur illud Platonis: "Non" inquit "solum scientia quae est remota ab  
8 iustitia, calliditas potius quam sapientia est appellanda, verum etiam animus paratus ad  
9 periculum, si sua cupiditate non utilitate communi impellitur, audaciae potius nomen  
10 habeat quam fortitudinis."

11 Daarom is het belangrijk dat dappere en moedige mannen ook rechtschapen en  
12 oprecht zijn, dat ze vrienden van de waarheid zijn en zich verre houden van bedrog; deze  
13 eigenschappen vormen de basis van rechtvaardig handelen.

Cicero, *De Officiis 1, 62–63*

regel 1	<b>animi elatio</b> gedrevenheid
regel 1 en 6	<b>vacare</b> + <i>ablativus</i> missen
regel 2	<b>in vitio esse</b> verkeerd zijn
regel 2–3	Non t/m repellentis. <b>esse</b> + <i>genitivus</i> (tweemaal) een teken zijn van
regel 3	<b>immanitas</b> slechtheid
regel 3, 8 en 9	<b>potius</b> eerder
regel 4	<b>cum eam virtutem esse dicunt</b> <i>Construeer</i> : cum dicunt eam esse virtutem; eam verwijst terug naar fortitudo in regel 4.
regel 5	<b>aequitas</b> rechtvaardigheid
regel 5	<b>consequi</b> nastreven <i>Perfectum consecutus sum</i> .
regel 6	<b>adipisci</b> verwerven <i>Perfectum adeptus sum</i> .
regel 7	<b>illud</b> de volgende uitspraak
regel 7–8	<b>non solum verum etiam</b> niet alleen maar zelfs
	<b>scientia quae est remota ab iustitia</b> <i>Subject van est appellanda</i> .
regel 8–9	<b>animus paratus ad periculum</b> <i>Subject van nomen habeat</i> .
regel 8	<b>animus</b> mentaliteit
regel 9–10	<b>nomen habeat</b> moet de naam krijgen